



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 79. Decretum Eugenii adversus Basileenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

§. LXXIX.

Decretum Eugenii contra Basileenses.

In hoc decreto Pontifex approbante
cro Concilio prolixius enarrat omnia
quæ cum Basileensibus pro concordia
gisset, demum de eorum contumacia
hementer conquestus, seditiosa eorum
creta omnino irrita & nulla declaravit
ac decernit, quod illi omnes, qui in
isto perseverant, quacunque dignitate
Ecclesiastica, vel sæculari præfulgentes
poenas excommunicationis, privationis
dignitatum, ac beneficiorum in
translationis contentas incurrerint, &
omnia officia impostera inhabiles
In eodem quoque decreto, ac sub iisdem
poenis, atque censuris, omnibus quacunque
conditionis, & status, qui in
vitate Basileensi sub obtentu Concilii
convenirent, mandat, ut infra triginta
dies inde recedant; Magistratibus quoque
ac Officialibus sub poena excommunicationis,
interdicti vero Civibus injungit, ut
eosdem elapso hoc termino expellant.
Prohibet denique sub iisdem poenis,
nequid mercium, aut commensuratum
in eam urbem a quocunque adveheretur,
si illi, qui coetum ibi celebrant, in contumacia
permanerent. Referunt nonnulli
Eug.

*Panorm. de
Conc. Basil.
Æn. Sylv.
de gestis
Conc. Basil.*

Eugenium omnino impunes declarasse, *Sæcul. XV.*
 qui Basileensibus ad victum necessaria de- *A. C. 1438.*
 ferentes spoliarent.

Acta Patrit.
to. 13. Conc.
p. 1555.

§. LXXX.

Sessio XXXII. Basileensis Synodi.

Basileenses, cum ea, quæ in primis dua- *Labbe Conc.*
 bus Ferrariensis Synodi Sessionibus *to. 12. p. 611.*
 acta fuere, percepissent, atque Eugenium *Es seq.*
 Papam per responsum Synodale nequa-
 quam a proposito suo dimotum cernerent,
 die vigesima quarta Martii Sessionem
 XXXII celebrant, in qua Ferrariensem
 Synodum tanquam Schismaticam, ac no-
 mine Concilii indignam damnant, & quæ-
 cunque in ea adversus cives Basileenses
 statuta fuissent, irrita ac prorsus nulla,
 nec ullo pacto servanda declarant. Insu-
 per ad omnes & singulos in Ferrariensi
 conventu congregatos citatio fiebat, ut
 trigesimo die a data præsentis decreti compu-
 tando in generali Congregatione compareant
 eorum eadem Synodo, visuri, se declarari in
 pœnas prædictas incidisse, aut justas causas (si
 quas habeant) allegaturi. Denique anathe-
 matis pœnam decernunt adversus omnes &
 singulos, qui quascunque personas ad Basileen-
 se Concilium venientes, seu in eo stantes, aut
 ab eodem recedentes, invadere, capere vel in-
 juriis affligere, aut alias quomodolibet impe-
 dire, directe vel indirecte præsumpserint.

§. LXXXI.